

EPISTLE: 1 CORINTHIANS 12. 2-11

Fratres: Scitis quóniam cum gentes essétis, ad simulácula muta prout ducebámini eúntes. Ideo notum vobis fácio, quod nemo in Spírítu Dei loquens, dicit anáthema Jesu. Et nemo potest dícere, Dóminus Jesus, nisi in Spírítu Sancto. Divisiónes vero gratiárum sunt, idem autem Spírítus. Et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus. Et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus. Unicuíque autem datur manifestatió Spírítus ad utilitátem. Alii quidem per Spírítum datur sermo sapiéntiæ: álii autem sermo sciéntiæ secúndum eúndem Spírítum: álii fides in eódem Spírítu: álii grátia sanitátum in uno Spírítu: álii operatió virtútum, álii prophetiá, álii discretiό spirítuum, álii génera linguárum, álii interpretatió sermónum. Hæc autem ómnia operátur unus atque idem Spírítus, dívidens síngulis prout vult.

Brethren, you know that, when you were heathens, you went to dumb idols, according as you were led. Wherefore I give you to understand, that no man, speaking by the Spirit of God, saith Anathema to Jesus; and no man can say: The Lord Jesus, but by the Holy Ghost. Now there are diversities of graces, but the same Spirit; and there are diversities of ministries, but the same Lord; and there are diversities of operations, but the same God, who worketh all in all. And the manifestation of the Spirit is given to every man unto profit. To one indeed, by the Spirit, is given the word of wisdom; and to another, the word of knowledge, according to the same Spirit; to another the grace of healing in one Spirit; to another, the working of miracles; to another, prophecy; to another, the discerning of spirits; to another, divers kinds of tongues; to another, interpretation of speeches. But all these things one and the same Spirit worketh, dividing to every one according as He will.

GRADUAL: PS. 16. 8, 2

Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me. *℣.* De vultu tuo iudícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitátem.

Keep me, O Lord, as the apple of Thy eye: protect me under the shadow of Thy wings. *℣.* Let my judgment come forth from Thy countenance: let Thy eyes behold the things that are equitable.

ALLELUIA: PS. 64. 2

Allelúia, allelúia. *℣.* Te decet Alleluia, alleluia. *℣.* A hymn, O hymnus, Deus, in Sion: et God, becometh Thee in Sion: tibi reddétur votum in Jerúsalem. Allelúia. and a vow shall be paid to Thee in Jerusalem. Alleluia.

GOSPEL: LUKE 18. 9-14

In illo témpore: Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam justi, et aspernabántur céteros, parábolam istam: Duo hómines ascendérunt in templum ut orárent: unus Pharisæus et alter publicánus. Pharisæus stans, hæc apud se orábat: Deus, grátias ago tibi, quia non sum sicut céteri hóminum: raptóres, injústi, adulteri: velut étiam hic publicánus. Jejúno bis in Sábbato: décimas do ómnium quæ possídeo. Et publicánus a longe stans nolébat nec óculos ad cælum leváre: sed percutiébat pectus suum, dicens: Deus, propítius esto mihi peccatóri. Dico vobis: descendit hic justificátus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humiliat, exaltábitur. CREDO

At that time, Jesus spoke this parable to some who trusted in themselves as just, and despised others. Two men went up into the temple to pray; the one a Pharisee, and the other a Publican. The Pharisee standing, prayed thus with himself: O God, I give Thee thanks that I am not as the rest of men, extortioners, unjust, adulterers; as also is this publican. I fast twice in the week; I give tithes of all that I possess. And the Publican standing afar off would not so much as lift up his eyes towards heaven, but struck his breast saying: O God, be merciful to me a sinner. I say to you, this man went down to his house justified rather than the other: because every one that exalteth himself shall be humbled, and he that humbleth himself shall be exalted. CREED

OFFERTORY: PS. 24. 1-3

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confido, non erubéscam: neque irrideant me inimíci mei: etenim univérsi, qui te expéctant, non confundéntur.

To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed: neither let my enemies laugh at me: for none of them that wait on Thee shall be confounded.